

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

K  
THEMA CXVIII. VET. TEST. 377

III. Quia omnia corruptibilia (& in his homo etiam) habent finem, soletur nos hoc vnum, 1. Corin. 15. v. 54. quod hoc corruptibile corpus induit αφθαρτον, & mortale induit αθανασιον. Resurget n. αφθαρτον, Ibid. vers. 43. Hoc desideremus in hac corruptione, ut superinduamur, 2. Cor. 5. v. 2. De his saepius alias.

F I N I S,

THEMA CXVII.

Syr. 18. vers. 6. ad 9.

*Cum consummauerit homo, tunc incipiet. &c.*

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte Promptuarii, Classe II. Num. XXXIII. pag. 210.

THEMA CXVIII.

Syr. 22. vers. 11.

*Modicum plora super mortuum, quoniam quiescit.*

D I S P O S I T I O.

Congregati hodie sumus in domo luctus. Eiusmodi autem cōgregationes, non tam propter defunctos, quam propter superstites instituuntur. Quamuis enim hunc extreum honorem habuerimus defuncto, quod funus commitiati sumus, ad testificandum amorem erga defunctum, tamen moneret Salomon, ut viui interim reuocent ad animum, quod vident & audiunt in domo luctus, Eccl. 7. v. 3.

Quia autem obitus praesentis defuncti admodum luctuosus est, non coniugi & liberis tantum ( his quidem maxime ) sed & roti cognationi honestissimæ & amplissimæ, praesentem Syracidis admonitionem proponere, & ex illa haec tria tractare luet.

1. Anne defuncti lugendi. 2. Quomodo lugendi.  
3. Quare non nimium lugendi.

I. Pars.

Primum mortuos lugendos, ipse Syrach non his ran-

A a s t u m